

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

Cuiusmodi dona diuina in se collata admiretur admiretur homo,  
quomodoue illis respo[n]deat. Ser. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

lancem ipse tot penas à se tolerandas ponere voluit, quantas & quot peccata illa diluenda exigerent secundum iustitiam & aequitatem, & non secundum personam patientis dignitatem. Septimum est, vulnerum multiplicatio, & Vulnerum præciosissimi sanguinis sui effusio. Aded enim repletus est vulneribus, vt à Christi misericordia multiplicatio. Planta pedis usque ad verticem capitis non foret in eo sanitas, sed per totū Blaiae. corpus aut liuor, aut plaga tumens, aut vulnus erat. Sanguinem etiam adeo abundanter effudit, vt crucem terramq; rigaret: & vbi cunque iuisset, vestigia post se cruenta relinquenter. Hæc diligenter omnia meditata compunctionem generant, cordis compassionem excitant, desideriaq; elicunt se Christo conformandi. Ex his multiplicitas occurrit mentalium orationum. Vnde paululum quis exercitatus assuefiat, vt vita eius nihil aliud sit, quam iugis oratio: & hac non est melior præparatio ad Eucharistie sumptionem. Posset tamen exercitium hoc frequentari quasi pro septem horis canonicas, ad re-Præparatio nouandum mentis deuotionem. Quam si semper sensibilem etiam non reci-<sup>stia</sup>ad Eucharistie sumpcio-<sup>nem optima</sup>pit homo, nihilominus ab exercitio non desinat. Nequa enim in sentimen-<sup>tis huiusmodi</sup> aestimatur perfectio deuotionis, sed in prompta voluntate, que se tradit in Dei cultum & honorem: parata etiam omni sentimento ca-Deuotio ve-<sup>re</sup>rere, & nihilominus vel sicco aridoq; corde Deo seruire, quamdiu sic Deo ra que sit. placet: quandoquidem nihil potest homo habere, nisi quicquid dederit Do-<sup>m</sup>minus. Patienter igitur longanimiterq; ipsum debet expectare, resignando, committendo atque credendo se diuinæ prouidentiæ, eiusq; beneplacito ple-na confidentia. Quod utinam largiatur nobis Iesus Christus Dei & Virginis filius, in secula benedictus, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

Cuiusmodi dona diuina in se collata admiretur homo, quomodo uelle illis  
respondeat.  
Sermo II.

**A**ccipite & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. 1. Corinthiorum. ii. Fratres charissimi scimus charitatem Domini nostri Iesu Christi, eiusq; munificentiam & largitatem erga nos. Qui ubi omnia, quæ habuit, dedit nobis, tandem quia melius non habuit, nec dare potuit maius, dedit seipsum. Non ergo primum hoc eius est donum, quo nobis donauit corpus suum. Initio namque donauerat homini tam cœlum quæ collata quæ terram, omnesq; creature irrationalis ad obediendum, *Omnia*, inquit sicut. Psalmographus, subiectisi sub pedibus eius. Ecclesiasticus quoque dicit: *Deus cre-<sup>Psal. 8.</sup>* aut hominem de terra, & dedit ei potestatem eorum, quæ sunt super terram. Vide-<sup>Ecclef. 17.</sup> te cœlum, videte planetas, videte solem & lunam, videte astra, influentias, motusq; cœlorum. Quibus hæc lucent? Quibus hæc seruiunt? Quis eorundem accipit utilitatem & operationem? Nonne propter hominem omnia hæc creata sunt. Maximè. Videte deinde quot animalium & piscium, quot volumen sint varietates. Videte prata, nemora, frutices, germina, agros, hortos, arbores, flores, fontes, amnes riuosq; quo ordine, quo situ, quo ornatu distin-<sup>Cræta esse</sup> etalunt. *Quis ea condidit, aut cui conditor eadem condidit?* N (quoniam) ipse pater homi-<sup>omnia pro-</sup>creator sua eger creatura. Propter hominem igitur creavit, homini dedit nem.

M m m 2 quæ-

quædam in cibum, quædam in potum. Alia dedit homini in obsequium, alia in exercitium, alia in exemplum: nonnulla quoque in eruditionem, nonnulla in solatium. Non modica res est, tot tantæq; nobis donasse creatorem nostrum in commodum & ad instructionem nostram. Videte quomodo propter nos occiduntur animalia, quomodo verberentur equi, quomodo flagitatur cuncta propter hominem. Videte, si etiam dignus sit homo, propter quædam in cibum, quædam in potum. Alia dedit homini in obsequium, alia in exercitium, alia in exemplum: nonnulla quoque in eruditionem, nonnulla in solatium. Non modica res est, tot tantæq; nobis donasse creatorem nostrum in commodum & ad instructionem nostram. Videte quomodo propter nos occiduntur animalia, quomodo verberentur equi, quomodo flagitatur cuncta propter hominem. Videte, si etiam dignus sit homo, propter

Creaturis quando ho- alia omnia moueantur aut patiantur. Cerere si Deum creatorum suum diligimo dignè v- si in præcio ac honore illum habet, si eius amore vniuersis tam vult caret, tatur.

Dona alia  
ad huc po-  
tiora.

Psal. 90.  
Hebræ. 1.

Angelorum  
obsequium  
erga homi-  
nes.

Quod grati-  
e esse debea-  
mus S. An-  
gelis.

Angelum  
suum bonū  
quando ve-  
recundia af-  
ficiat homo

Seipsum vti  
dederit Deus  
homini  
multifariā.  
Baruch. 3.  
In socium.

aliam omnia moueantur aut patiantur. Cerere si Deum creatorum suum diligimus, si in præcio ac honore illum habet, si eius amore vniuersis tam vult caret, quam abundare, si solius Dei gloriam querit, si nec propter se tantum et creature ministerium, solatium aut commodum querit, sed pure immittit propter Deum, tunc dignus est. Non tamen hoc est, maximum, quod donat homini Deus. Sunt enim eius alia adhuc dona potiora, unde crederet magis agnoscitur dilectio. Siquidem dedit homini, dedit vermiculo terreno creaturas coelestes, atque nobilissimos principes suos angelos ministerium. Nam angelus suis mandauit de te, o homo ut custodias te in omnibus vijs tuis. Et hi omnes sunt administratori spiritus in ministerium misericordie, qui hereditatem capiunt salutis. Nonne videtur maximè indignum, maximè congruum tantos principes constituerem ministros ac seruos hominis, cui saccus est vermium & putredo? Et qua ratione (si nobis licet opera Dei discutere) id fieri decet, nisi per abundantiam diuinæ erga nos charitatis pacient tamen & hoc angeli haud grauatè, imò cum exultatione, præseruit sentiant ex suo nos ministerio proficere. Diligunt enim & ipsi nos vehementer, & saluti nostræ mirum in modum gratulanter. Vis igitur tu illis è diverso quoque gratus esse? Vis habere eis gratiam? Vis eos honore ac laetitia afficeret? Haud melius id efficere potes, quam eorum monitis obtempredo, eos crebris, ut ita dicam, nuncijs ad Deum fatigando, quæ offerant Deo munera munda purissimis eorum manibus committendo. Cae ne quoque cùm alij tui fratres in orationibus sunt constituti, cùm pro Dei amore vigilant, aut Deum laudant, cùm in obedientia occupantur, tu sis interim occensus, aut iuxta desideria tua non laudabiliter occupatus. Tunc enim, quantum in te est, verecundia afflictis angelum tuum, qui pro te zelatur: dum angelus custodes aliorum fratrum munera devotionum, orationum, lectionum, & obedientiarum & laborum, Deo offerunt, eisdemq; gratiam reportant, angelus tuus per tuam ignauiam verecundas erubescit, non habens quod tuo nomine cum angelis custodibus reliquis Deo offerat. Cae ne angelis bonis suorum opera bona adferentibus, & angelo tuo, ut dixi, propterea quod nihil ex offerendum receperit, vacante, dæmon fit aliquis improbus, qui te malooperis, quod interea commiseris, aut boni, quod neglexeris, interim accuset. Tertio, dedit seipsum Dominus nobis, & hoc multifariam. Primo enim dedit seipsum nobis in socium exilijs ac peregrinationis nostræ. Qod Baruch adhuc futurum testabatur, dicens: Deinde in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Quare cùm hominibus conuersatus est? Ut eius eruditiremur sermonem, eius instrueremur exemplo. Vide quid prædicando te docuit, quid agendo prædicauit. Ante per Propheras per sanctos Patriarchas quoque populus suum fecerat erudiri, ut non tam verba Dei audirent, quam opera quoque eorum sancta homines viderent. At verò nunc seipsum nobis dedit, nobis

collo-

colloquens, nobiscum viuens, cunctisq; clamans: *Venite ad me omnes, qui labo-  
ratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite rugum meum super vos, & inuenie-  
tis requiem armatus vestris, rugum enim meum suave est, & onus meum leue. Di-  
scete a me, quia mitis sum & humilis corde. Discurrat homo deuotus per omnes  
actus & opera Christi, expendatq; quid egerit, quidve passus ille fuerit, ut nos  
diceret tam mititatē quam humilitatem, quo studeat illum imitari. Secun-  
dū, se dedit in seruum necessitatis nostrā. Seruire, ait per Esaiam, *me fecistis  
peccatis vestris. Quod est, pro peccatis vestris eluendis, pro vulneribus vestris  
curandis, pro languoribus sanandis exinanī meipsum formam serui acci-  
piens. Vulneratus sum propter iniquitates vestras, attritus sum propter scelerā ve-  
stra, & meo linore sanata estis.* Discurri per mundum, ut sanarem omnes op-  
pressos à Diabolo, ut euangelizarem his, qui prope, & his, qui longè sunt, ut  
ouem perditam requirerem, & inuentam humeris patri reportarem. *Phil. 2.  
Esaie 53.  
Act. 10.  
Ephe. 2.  
Luc. 15.  
Ephe. 5.  
Matt. 20.  
Benignitas  
Saluatoris  
admiranda.**

Tertio, seipsum dedit in precium redēptionis nostrā. Vnde ad Epheſios  
Paulus, *Dilexit nos, inquit, & obtulit seipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo  
in odorem suavitatis. Et apud Matthæum ipse ait: *Filius hominis venit dare animam  
suam in redēptionem pro multis. In hoc admirāda est eius benignitas, q; de san-  
guine suo lauacrum fecit, & antidotū nō solū his, qui iā erāt vulnerati, sed etiā  
his, q; erant vulnerandi, prouidēs nō minus futuris, q; præteritis inimicis suis  
morbi remedium, peccatiq; antidotum.**

Charissimi fratres, sit nobis non  
modo quotidianum, sed continuum exercitium nostrum offerre Christi sa-  
tisfactionem, Christi peinas, Christi vulnera, Christi sanguinem pro nostris  
delictis, pro afflictis, pro tentatis, pro defunctis, & pro quibusuis necessitati-  
bus tam nostris, quam alienis. Nihil enim est, quo reconciliari facilius, quo  
purgari citius, quo impetrare copiosius, cui deniq; possimus inniti securius,  
quam passio & vulnera Christi.

Quarto quod omnia dona excellit, dedit seipsum nobis in sacramento in  
cibum. *Panis ( inquit ) quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Accipite item,*  
& manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Non solum autem i-  
psos mel tradidit s; in cibum, sed sumendum se etiam usque ad consumma-  
tionem seculi instituit, imbens nos hoc ipsum facere, hoc est corpus suum mā-  
ducere, & sanguinem bibere in sui commemorationem, hoc est, ut suæ chari-  
tatis memoria, quæ in hoc beneficio admirabiliter omnem nostrum intel-  
lectum superat, à corde nostro nunquam recedat, sed huius aliorumque be-  
neficiorum eius simus memores. Nihil illi prodest nostra memoria, nihil o-  
best illi sui obliuio, sed nobis prouidet, & propter nos id iubet, qui sine eo  
vivere non possumus. Iussit autem ( ut dixi ) nos accedere, & corpus eius be-  
nedictum in sacramento sumere. Quod nisi iusserrit, quis auderet Dominum  
suum māducere? Adeò autem iussit, ut simul quoque inuiteret, & præmia pro-  
mittit sumenti. Quapropter dicit de ipso: *Hic est panis de cælo descendens, vt si  
quis ex ipso manducauerit, non morietur. Adque iterum manifestius: Ego sum pa-  
nis viuus, qui de cælo descendit, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum.* Minx non  
Et paulo post: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam  
eternam. Et iterum: Qui manducat meam carnem, in me manet & ego in illo. Cæ-  
terum, quomodo sumenti præmia promittit, ita non sumenti adjicit minas:* *Si illata  
Nisi, inquiens, manducaueris carnem filii hominis, & biberis eius sanguinem, nō  
habebi-*

habebitis vitam in vobis. Videtis quomodo consolatur pusillanimitatem nostri temporis quoque & acediae minatur, vt si de conscientia nostra non sumus certi, quod dignè sumamus: saltem noui sumus certi, quod indigni accedamus. Primum n. nō regritur à nobis, vt sciamus nos extra mortale peccatum cōstitutos.

Eccl 9.

In peccato mortali se esse, vnde quis certus fiat.

(Quia hoc scire foret certum se esse in gratia Dei, q̄ scire nemo potest, tamen sit, qui amore an odio dignus sit, non ignorat.) Sed hoc necessarium est, vt non scias, hoc est ne certus sis te esse in peccato mortali. Hoc enim, scire se esse in peccato mortali, saepe numero potest sciri, puta si noluerit à peccato mortali abstinere, aut si nō doleas de peccato mortali, præsertim secundum tentationem illud detestas, & teipsū dānans atq̄ dolēs ppter ea, eriāsi o sensibili dolore doleas propter peccatum, hoc est, ppter Dei offendit. Tunc enim si secundum rationem non doleas, si secundum rationem non iudices dolendum, non libenter dolere etiam velis, si posses, in corde sensibili dolere proprie mortale peccatum, aut si abstinere nolueris à peccato, certus esse potes, nostra gratiam esse diuinam, nec ad sacramentum hoc eo tempore tibi acceditum est. Non autem propterea abstinere te oportet, quod nesciast edificare, aut quia incertus es te immunem ab omni esse peccato mortalē. At qui nemo unquam deberet accedere: Quia nemo id scire potest, Propterea enim contra hanc pusillanimitatem tuam contra hunc quoque timorem Dominus te, vt accedas, inuitat, accedenti p̄m̄ia promittit, abstinenti vero absque causa iusta minatur. Quo satis te corā Domino excusare potes temeritatis, teipsum humiliando dicendoque: Verum quidem esse & tibi conpertissimum, quod ingratum, indeuetum, ad peccandum prouum, saepe peccata iterantem, non amantem (cuiusmodi tu es) dedecet indignumque sit ad Deum accedere. Veruntamen cum magna rursus te necessitas virginis (quippe qui sine illo esse nō possis) cum magna tam paupertas, quam anima tua infirmitas te compellat, ipsiusque ad hoc iubantis vt accedas, sit voluntas, abstinere non ausis, sed eius te velis committere misericordia, quae excepit omne iudicium, & in manu te p̄cipitare, non iudicis, sed clementissimi patris, qui tuam necessitatem attendat, mendicitatem videat, confidentiam tuam, licet tremulam admittat, accessumque tuum ad hoc sacramentum gratum habeat, non pro tua dignitate & merito, sed pro sua benevolentia & p̄petrate, qui est benedictus in ictu, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De condigna communione sacramenti Eucharistie, & de sedecim fructibus eius. Sermo III.*

**Q**ui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Ioan. 6. Charissimi fratres, non leue aut parvum aliquid ei, qui corpus Christi manducauerit, promittitur, quando vita promittitur aeterna. Quis n. nō omnia, que in mundo sunt, vita posthabeat aeternam. Videlicet, quantum habeat erga nos charitatem Deus, qui adeo nos inuenit, ad cibū huius sumptionem, adeo cupit benefacere, adeo nostram operam filiatem, vt p̄m̄ium quoque ad cibū hunc saluberrimum accedenzi confundat. neque tempora, neque vile, sed optimum atque desideratissimum quod nemo